

DOMINICVS MICHAELIVS⁷¹

D V X XXXV.

Electus Anno 1117. obiit Anno 1130.

INSCRIPTIO PRISCA.

Tyrium cum Syria praesens tibi Christe redemi.

XXXV



IN Principem assumptus Dominicus Michaelius, quamvis aetate grandaeus Balduini Regis Hierusalem cognita captivitate, cum ad tuendam Dalmatiam, arma teneretur toto torpesciente Christiano Orbe convertere; fociis accurrere maluit, & solus pro Religione, quam pro Imperio dimicare. Ducentis itaque diversi generis instructis navigiis Cyprum navigat, ubi audita obsidione Ioppensi, quam septingentae lignae Urbes Mari innatantes, pluresque & ferreae Provinciae urbem unam quatiebant, ad eam solvendam proras convertit. Certior, in portu federe hostes securos, quod intercepto com metu oppidum acciperent fame domitum, incitato remige se se imittit, validaque impressione facta, favore opprimit, cedit, priusquam Barbari se se ad tutelam colligerent,